



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661**

De Mvtvis Petitionibus. Titvlvs IV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

204  
prohibere, etiam non possunt, nisi Episcopi auctores fuerint, et iudex iuxta jurisdictionem prerogare voluit, sit ecclesiastica.

**Item Abbati Trecon.**  
Significasti a nobis, quod P. clericus ad petitionem de consecratione seu jurisdictione subiecti, si intermedium elapso, de pecunia mutata non satisfecisset ei. Inquisitioni tuae taliter respondemus, quod licet peritorem consensum cum, qui jurisdictioni potest signficari, suum possit iudicem constituere, tamen in iudicem non laicum (nisi forte sit persona ecclesiastica, & Episcopi auctoritate voluntas accedat) constituitur non possunt.

**CAP. XIX.**  
Legimus citatus, reuocatur coram iudice citante causam prosequi, nisi iudex quod post citationem mutauerit forum.

**Item.**  
Dilectissimi nobis, quod quidam subditus tuus ad possessionem cuiusdam aduersarii sui, a te legitime citatus, quia postmodum jurisdictionis alterius elapsus, tamen inuadit iudicium declinare. Porro non valentes dubium esse non credimus, quod is in praesentibus iudicium non habet, quasi ab illo impetratus.

**CAP. XX.**  
In quibusdam partibus in curia Romana conuenerit, licet alius iudex forum vis non fortatur: habet tamen ex causa ius reuocandi domum.

**Item.**  
Ite ratione delicti seu contractus aut domicilii, si fuerit, de qua contra possessorem causa mouerit, iudex forum regulariter quis fortitur, Episcopus vester apud locum Apostolicam conuentus non fuerit: quia conuentioniam ecclesiarum mater est eadem, & magister, tunc compelli potuit, ut ibi suis aduersariis responderet: nisi pro alia iusta & necessaria causa venisset, quam si tunc allegasset, ius reuocandi domum saluum fuisset eidem.

**DE LIBELLI OBLATIONE.**

**TITVLVS III.**

**CAP. I.**

Admonem in scriptis libellum porrigere. Vnde: Iudex non debet admitti ad iudicandum, nisi prius ei libellum in scriptis offerat, h. d. per alia verba.

Ex concilio apud sanctum Medardum habito e.  
Contra d. Episcopus dixit: Habetis libellum reclamationis vel postulationis? Illi responderunt, se praesentibus nullum habere libellum. Ignarus Episcopus dixit: oportet vos secundum ecclesiasticam auctoritatem reclamationem vestram libelli serie f. declarare, eandemque vestris manibus roboratam, synodo porrigere, ut tunc vobis canonice valeat responderi. Et tunc ipsi fratres libellum conscribentes porrexerunt.

**CAP. II.**  
Contra reuocari, non sufficit rem generatiter peti, sed debet ita petiri, ut ostentur obsequium & agurcatio.

a. Vide Ferrandus Vaguen. lib. 1. c. 9. de success. resolu. num. 91. b. dicitur consilium, deest in quibusdam manuscr. c. Medardum monasterium est in urbe Suisburgensi, ubi id concilium habitum est. consil. 145. d. decret. cap. 192. lvo part. 6. cap. 1. cod. tit. 19. c. 1. d. h. g. m. ar. u. al. Hymarus. e. Vid. l. si quando. Cande. r. l. si iudicatus. C. de accu. & auctor. de iud. 5. sportes. coll. 6. f. d. g. r.

Innocentius III.  
Significasti a T. & R. fratribus nostro fuit Apostolatus declaratum, quod cum inter ipsos ex una parte, & v. ex altera, super quadam terra coram iudicibus delegatis tracti fuissent in causam, oblatio est libello: illi (cum plures terras haberent) ut terra illa, super qua questio vereretur, ostenderetur eidem, a iudicibus postularunt: quod cum ipsi facere denegarent, ad nostram audientiam provocarunt. Quocirca mandamus, quatenus si est ita, reuocato in statum debitum, si quid post appellationem huiusmodi noueritis attentatum, & cetera.

**CAP. III.**  
Non tenetur reus respondere libello in actione personali, si non exprimitur causa petendi.

Gregorius IX. Archiepiscopo civitatis norae, & M. canonicis, Gubren.

Dilecti filii fratres ecclesie sancte Marie de Hispida, sua nobis petitione monstrarunt, quod quum prior & conuentus sancte Marie ad Carceres, ipsos super quadam pecunia summa coram priore sancte Trinitatis Veron. auctoritate Apostolica conuenissent, ex parte ipsorum fuit excipiendo propositum, quod cum dicti prior & conuentus nolent exprimere in portetio libello & conuentionali, quare sibi dicta pecunia deberetur, super hoc minime respondere tenebantur: & quia dictus iudex exceptionem huiusmodi admittere denegabat, nostram audientiam appellauerunt. Ideoque mandamus, quatenus si est ita, reuocato in irritum, & cetera.

**DE MUTVIS PETITIONIBUS.**

**TITVLVS IV.**

**CAP. I.**

Iudex etiam delegatus, compellit alterum ad respondendum reo in causa reconventionis, & utrang. causam ordine successivo simul audiet, & una sententia terminabit. l. d.

Alexander III. Viterano c. Episcopo & Abbate de Spongia.

Ex d. literis: [ i. & infra. ] Quoniam rationis ordo exigit e, ut plebanus & clerici Maturon. Abbati & fratribus Maturon. monasterii, de eis, que aduersus eos proponunt, debeant in vestra presentia respondere, cum sibi ex ipsis coram vobis a sede Apostolica delegatis iustitiam postulant exhiberi: Mandamus, quatenus actione plebani & clericorum proposita, & responsione facta: monitione premissa compellatis eodem memoratis Abbati & fratribus in continenti coram vobis super suis questionibus respondere, ut vicissim postmodum rationes partium audientes, concordia vel iudicio utriusque negotium terminetis.

[ i. Vestris acceptis, quod dil. filii nostri Abbas & fratres Maturonensis monasterii, super questionibus quas plebanus & clerici Maturon. aduersus eos proponunt, vestrum parati sunt subire examen, si illi in continenti debeant de suis questionibus respondere. Vide. ]

a. Vid. Lanfranc. in cap. quoniam. 5. probationes infra de prob. & quatenus hic agitur de libello incerto & obscuro, l. in 5. sed iste. l. i. de alio. Dec. in cap. dilecti. sup. de iud. & Paul. de Castr. consil. 145. & Alex. consil. 111. & 114. in 2. volum. b. vid. l. si. C. de an. excep. & l. i. ff. de eand. per Bar. c. male alii Archiepiscopo. d. Post conu. Later. sub Alexand. III. part. 11. c. 1. & c. 2. cod. tit. in 1. compil. e. Vid. l. cum Papatianus. in fin. C. de sen. & inter. omnia iud.

